

C
K
N
375



COLLECTANEA

ANTIQUITATVM IN VRBE, ATQVE
AGRO MOGVNTINO

REPERTARVM.

Jo. Amary 1596

Cum gratia & priuilegio Imperiali
ad Sexennium.

M · D · XX ·



THEODORICO ZOBEL

IVRISCONSULTISSIMO, MAXIMAE AEDIS MOGVTINAE
SCHOLASTICO, IO. HVTTICHIVS S. OPTAT,

NVNQVAM deterrere me potuit ERASMVVS noster, uerus ille theologus, & totius Germaniæ ornamentum, THEODORICE doctis, eleganti illa, uera, mordaciq; admodum (si uecordem theologistarum sequor sententiam) sua inuentione, qua communem in hominum uitam lusit facetissime, & in admiratores uetustatis stulticiam introducit iocantem, ut propterea ab amore, & admiratione antiquitatum desisterent. Licet ipse mecum sæpius cogitauerim rem esse inanem, atque nullius æstimationis, & quæ neq; mihi, neque aliis magnopere prodesse possit, tamen ut & suos haberet cuculos Moria, assumpsi mihi potissimum illud inter Moguntinos admirationis officium, tibiq; qui iam dudum prisca nomismatum uestigia adamasisti, & multoties ueneratus es. modo ansam præbeo iis collectaneis, quæ tuo auspicio publicauit, ne & alia si qua forte adhuc sub terra lateant monimenta, uel quæ supra terram neque mihi adhuc uisa, cum ad tuos peruenerint oculos, perire sinas, & ab agrestium manibus quæ integerrime ut liberes. Ne tamen quisquã putet me primum omnia hæc reperisse apud Moguntinos signa uetustatis, neq; hoc mihi uendico, egit enim suas parteis, & præcipuas Antiquitatis pater THEODORICVS GRESMVNDVS totus olim tuus, cuius nomen uix sine genitu audire potes, ut omnes ferme literati, qui maiorem numerum diligenti labore ante omnes collegit, atq; dum adhuc superuieret bibliographo dederat, sed nescio qua incuria post mortem infelicissimam a librario fuerint deperdita. Adhibuit & suam operam una mecum BALTHASAR GEYER decretorum doctor, in inquirendo cum a paganis, tum ab oppidanis diligentissime, quos suis laboribus fraudare nunquam fuit mihi animus. Nolui tamen credere illis, qui describere, sed ipse omnia meis oculis inspexi, & an sincere omnia depicta fuerint, laboriose perlustrauit, imitatus in hoc CHVN RADVM PEVTINGER VMA VGVSTAN. iuris doctor, & perquam sollicitum antiquitatis, & historiarum indagatorem, qui ante me Augustæ Vindelicorum omnia, quæ potuit, perquisiuit diligenter, & ne corraderentur iniuria temporum, excusationi dedit. Ut ergo similiter ab interitu Moguntia nostra uindictetur, quæ inter omnes Germaniæ ciuitates post Treuerim antiquissima est habita, & propter reliquias uetustatum ab omnibus semper admirata, libenter incidi in ERASMI MORIAM, ut homines iudicent de meo labore inutili, & puerili. Neq; etiam uolo doctor egregie, ut defendas, si qui sunt (multos autem animus mihi præfagit sapientiæ titulo personatos, quos tamen auriculæ prominentes produnt ueros esse Midas, & morosophos) qui deridebunt, cum hoc faciunt, derisionem illorum in cachinnum diducas oro, & obsecro. Efficient enim illi, quibus nihil aliud placet quam philautia, ut una mecum uideantur præ omnibus primū tenere locum inter moriones, & Morycho quidem stultiores. Vale, & me, ut hucusq; sensi, amore prosequere. Data ex arce Curcellina regni deserti, XI Calend, Augusti, Anno Salutis, M.D.XVII.



IO. SCHOEFFER BIBLIOGRAPHVS, IN AEDIBVS SVIS,

SARCOPHAGVM HABET, HAC INSCRIPTIONE.

L. SPERATI. DESIDERATI. ADVLESCEN
TIS. SPEI. ET. PIETATIS. INCOMPARABI
LIS. SPERATI. HERMODORVS. ET. IVLI
ANA. PATRES. MALE. IVDICANTIBVS.
FATIS. SVPERSTITES. POSVERVNT.

SARCO, EST IN AEDIBVS ZVM SCHILTKNECHT,

VICTORIO . CASSIANO . VET . LEG . VII .
QVI . VIXIT . ANN . LV . VICTORII .
CLEMENTINVS . ET . VICTORINVS .
ET . SENEACIONIVS . IVLIANVS . FI
LII . EIVS . PER . VICTORIVM . HER
METEM . LIBERTVM . EIVS . PATRI
PIISSIMO . F . C .


APVD .D. ALBANVM REPERTVS SARCOPHAGVS.

SEQVENTIAE. FAVSTINAE. CONIV
GI. SANCTISSIMAE. ET. DVLCIS
SIMAE. QVAE. VIXIT. ANNIS. XXX
VII. M. IIII. SARCOFAGVM. IVSSV.
IPSEIVS. F. FLAVIANVS. AVEN
TINVS. DEC. ALAE. INDIANAE.
CONIVGI. INCOMPARABILI. F. C.

IN MONTE DIVI STEPHANI. AEDES ZVM SAMPSON HABENT.

PEREGRINIO. HELIODORO. CON
SUMMATAE. PERICIAE. MEDICO.
ET. MIRAE. PIETATIS. IUVENI. CO
MINIA. FAUSTINA. MATER.
IN FOELICISSIMA. F. C.


IN MONTE DIVI STEPHANI AEDES QVAE PROXIMAE
SVNT AD SAMPSONEM HABENT.




LICINIO·LICINIANO·
B·F·COS·SAECVLAR
IA·SEVERINA·CO
NIVNX·F·C·

AIIII

IN TEMPLO .D. ALBANI FVIT.




L. SEXTIO. PERVVINCO
DEC. CIVITATIS. AVDERI
ENSIUM. CAVSIDICO. ACEP
TIA. AEREPTA. CONIVGI
SANCTISSIMO. F. C.



A VR · CONSTANTINAE ·
SIVE · PALLADIAE · IN
FANTI · INNOCENTISSI
MAE · QVAE · VIXIT ·
ANNIS · XII · MENS · XI ·

IN AEDIBVS. .D. MARTINI STARCK. VICARII AEDIS
MAIORIS, MOGVNTINAE, IN SARCOPHAGO.



CANDIDIAE · VRBANAE ·
MATERNIVS · PARDVS ·
ARMATVRAE · XXII · MARIT ·
F · C ·

IN AEDIBVS PRAEPECTI CVRIAE EITELVVOLFI DE LAPIDE.

C. IVLIO FLAVIANO. CORNICVL
ARIO. LEG. XXII. P. P. F. STIPEN
DIORVM. XVII. QVI. VIXIT. AN
NOS. XXXV. M. XI. D. XXV. COCC
EIA. CHRYSIS. CONIVGI. INCO
MPARABILI. PIETATIS. F. C.

Deest primus uersus.

D·C·M·I·V·L·I·O·A·M·A·T·O·R·I·
F·I·L·I·O·I·N·F·A·N·T·I·D·V·L·C·I·S·
S·I·M·O·Q·V·I·V·I·X·I·T·A·N·N·V·M·
A·E·T·A·V·I·I·I·D·I·E·S·X·I·I·I·I·F·C·


FIDELIE. VERVLE. PRVDENCIVS.
REVERES. OB TIO. SIGNIFERORVM.
CONIVGI. INCOMPARABILI. AC.
DVLCISSIMAE. QVAE. VIXIT.
ANNIS. XXXI. MENSIBVS. III.
DIEBVS. XIII. F. C.

REPERTVM IN TEMPLO .D. MAVRICII,
AD SINISTRVM INGRESSVS.

D. O. M.
IVNONI REGINAE.
G. VITALINIUS.

Obliterata linea.

ET LVCILIANA.
HONORATA.
CONIVX. E.



ATTIO·L·ANI·F·MON
TANVS· ANNORVM·
XLV·MIL·COR·RAITO
RVN·STIP·XIX·
H· S· E·



CIRATA·IVLIA·
ANNAL·F·NA
TIONE·NERVIA·
ANO·XXVIII·IN
MVNIS·BENEFI
CI·APRONI·
H·S·E·
RVFVS·IVLIVS·
PRO·PIETATE·
POSVIT·

D.

M.

PRIMNIAE. COMITIL
LAE. QVAE. VIXIT.
ANNIS. XX. CIVES.
MEDIOMATRICA.
MATERNIVS. NEM
AVSVS. STRATOR.
COS. ET. LVCIVS. LV
CINVS. MENSOR.
FRVMENTI. NVMER.

HAVD LONGEA PORTA.S.
PETRI IN MVRO FRAG.

ATTILIO·SVO·
FOLKMARVS·

IN AEDIBVS RVBRIS.

LEG·XXII·PR·PF·
CAL·STRABO·

APVD·D·ALBANVM REPERT.

LEG·XXII·C·V·



D

M

ET·BONAE·MEMO
QVID·STANTES


Ut ex symmetria colligimus, hic sex uersus desiderantur.

MIL·ANN·XXIII·PROBIT
TVS·HIC·IN·LEG·VII·C
LECTVS·IN·PRAETOR
FACTVS·EQ·PROMOT
EX·B·F·PRAEFECTORV
NATVS·PROVINCIA·M
SIA·SUPERIORE·REG
NE·SCRINA·DADAN
ME·GENVIT·TENVIT·C
NIA·COLONVM·CO
SER·VALENS·PRIMVS
RES·ET·CONSOBRINV

EODEM LOCO.

TER·EXSOMNVS·
TER·F·AN·VER·
MIL·LEG·X̄VI·
AN·XL·STI·XVI·
H·S·E·

AVRELIVS·D̄S·P·





AD LECTOREM

HANC MOLEM promiscuum hac tempestate uolgens GLANDIS LAPIDEM uocare solet a figura scilicet, quã hodie præfert, nam habuisse olim pyramidis figuram complures sunt, qui opinentur. Altitudinem habet centum pedum, & planiciem in cacumine pedum octo, ex quo colligi facile potest altiorẽ aliquãto eam fuisse, basis eius in circuitu patet C. XXXII. pedes Cuius autem honori extructa quondam fuerit, nullæ literæ extant, quæ indicarent, extitisse tamen tantum operis titulum aliquem, sed demolitos esse quosdam in erudito ante sæculo dubitandum non est. Sunt qui coniectura ducti monumentum Aurelii Alexandri Imperatoris Romani, Mamaeæ F. putent, hac fortasse, quod Eusebius Cæsariensis refert in chronicis Alexandrum occisum Moguntiaci tumultu militari, quodq; ab Aelio Lampridio historico scribitur Alexandrum cenotaphium in Gallia, Romæ sepulchrum amplissimum meruisse, unde & illud quoq; adiciunt Moguntiam nostram Germaniæ tum, atq; Galliæ caput fuisse. Cæterum constans, & communis fere existimatio omnibus est DR VSI id esse monumentum. Eius rei Eutropius, & Otho Frisingensis episcopus testes sunt locupletissimi, utriusq; uero sententiæ in libro quodam suorum amorum subscribit Chuonradus Celtis Germanus, primusq; inter Germanos poeticam lauream meritis Hic ut præter poeticam uirtutem nullum non disciplinae genus attigit, ita rerum Germanicarum exactissimus fuit peruestigator. Omnis in omni Germania angulos excussit uetustatis inquirendæ studio, nec ullus est locus Germaniæ, quem non terra, mariq; adierit. Hunc pleriq; eorum, qui docentem audierunt, sciunt de rebus Germanicis uolumen scripsisse, quod, incertum qua uel hominum uel deorum iniquitate, cæteraq; eius permulta desyderamus. Ille igitur, ut erat uir integra fide, in carmen suum haud quaquam inseruisset DR VSI id esse monumentum, nisi plane cognitum, perspectumq; habuisset. Bene uale quisquis hæc leges, & siquid nouisti rectius istis Candidus imperti.

HORTVS REVERENDI PATRIS D. LAVRENTII TRVCHSES,
DECANI MAXIMAE AEDIS MOGVNTINAE HABET.

A V L V S . B A E B I
V S . C . F . S C A P . C L E
M E S . F A E S . M I L .
L E G . X X I I . A N .
L X . S T I P . X X I I I .
H . S . E .
C R E S C E N S . L . F . C .

APVD D. ALBANVM.

L E G . X X I I .
R . P .

POMERIVM CVM INTRAVERIS AD DEXTRAM QVA
ITVR IN MALAM CRUCEM INVENIES
HAEC IN MVRO.

C VALERI

VS CI CLA

VDESSAVA

MIL LEGI III

ADIV AN XXV

STIP VIII

H S E

D M V

PRO. SALVTE.
 DD. NN.
 SANCTISSIMORV.
 IMPP.
 BONO. EVENTV.
 MIL. EXERCITVS.
 GS. MATERNIVS.
 PERLETVS. MIL.
 LEG. VII. PP.
 PF. STRATOR.

Defunt duo uerfus.

LEG. XXII.
 PR. PF. E. ATTI.
 ATRECTI.


IN PAGO PROXIMO MOMBACH.

I. O. M.
SARANICO.
CONSERVA
TORI. HONO
RIVS. VII. AL.
LEG. XXII. PR.
P. F. MAVR. GER.
MANVS. DE
MONI.

VIDETVR NON LONGE AB ARCE LAPIS.
HAC INSCRIPTIONE. IN MVRO.

LEG. I. ADI.
SEIONI. VERE.

IN DOMO SCOLASTICI TEMPLI
DIVI STEPHANI FRAG.



PLAS. SI. F.
DOCLEAS.
MIL. EX. COH
ORTE. V. DAL
MATARVM.
D. CAPITONIS.
ANNO. XXXV.
STIP. VI. H. S. E.
ZIRAEVS. PO
SSVIT. MVN
ICEPS. SVO.

PROPE FRAVENSTEIN IN PARIETE SACELLI
DICTI ZVM ARMVDT.

MARTI· LEVCETIO·
PRO· SALVTE· IMP·
DOMINI· N· AVG· PII·
O· VOCONIVS· VIT
VLVS· LEG· XXII·
PR· P· F· PONENDV̄
CVRAVIT·

IN BASI TVRRIS CVIVSDAM NON LONGE
A PAROCHIA DIVI PAVLI.

I. O. M.

CONSERVATORI.

C. MEMMIUS.

MARTIALIS.

LEG. XI. V. S. L. M.

IN PAGO FINITIMO BRICZENHEIM
IN VESTIBVLO TEMPLI.

M·PETRONIVS·
C·F·CLA·ACELE·
MIL·LEG·XIII·GE·
AN·XX·STIP·V·
H· S· EST·
C·PETRONIVS·
FRATER·PIE·F·



IBIDEM LAPIS APVD FONTEM IACET.

T. ENNIUS.
T. LA. MAN
CIVS. ANN.
LXX. ET ENNIUS.
TI. F. X. AN. XXXV.
L S S.
PATRONVS. DE
SVO. POSVIT.

D. M.
AVR. GERMAN
MIL. COH. I. PR.
CASTI. NAT. D
CVS. LECTVS. EX.
XIII. FACTVS. D
GES. ARMOR. ST
VI. MIL. ANN. VI

IN AEDIBVS, DICTAE IM ALTEN GLOCKHOFF,

C· CORNELIVS·
C·F·POL·ASI·MIL·
LEG·XIV·CEM·AN·
XL·STIP·XXIII·H·S·E·
LIBERTI·TRES·EX·
T· F· C·

APVD DIVVM ALBANVM INVENT.

LEG·XXII·C·F·



CAPITO· ARRI· L·
ARGENTARIVS·
NATIONE· P̄ANO
NIVS· ANNO· NA
TVS· XXXV·
HIC· SITVS· EST·
DIOMEDES· ARRI·
S̄ER· POSVIT·

IN PRAVMHEIM LAPIS EST HAC INSCRIPTIONE.

IN H D D

GENIO SANC
TO M AVREL
CL POMPEIAN
VS MIL LEG VIII
ANTONINIANAE
AVG B F COS B
IANVAR IMP
DN ANTONINO
III ET BALBINO
II COS



IN FLERSHEIM PAGO AD RIPAM MOGANI.

CN·CVRIONI·SA
BINO·LEG·XVII·
MIL·P· METEL
LVS·CALVINVS·
CONTVBERNA
LI·DVLCISS·PO·

IN PAGO FINITIMO CASTEL, REPERIMVS
IN MVRO SACELLI DIVI MARTINI,

FL·IVLIO·MATE
RNO·VET·LEG·X
XII·P·P·F·MISSVS·
HONESTA· MISSI
ONE·EX·DVPLIC
ARIO·FL·SABINI
VS·ATTILLVS·VET·
ET·FL·IVLIVS·RE
GINVS·MILES·
LEG·XXII·FRA
TRES·ET·HERE
DES·ÆSIBI·VIV·

E

A VLVS·CORAVLVS·
MIL·LEG·XXII·PP·F·QVI·
VIXIT·ANNIS·XXXIII·
STIP·XIIII·CIVES·
CIVITATE·ANCHE
V_vSANVS·DIATR
ET·MVCAPORMV
RALIS·MIL·LEG·
FRATRES·ET·CONTV
BERNALES·OPT
PIETATE·FECERVNT·

D.

M.

M. AVRUNCVLEO.
IVLIANO. EQVITI.
ROMANO. HEREN
NIVS. VICTORINVS.
VIC. LEG. LEG. XXII.
STIP.

OBLITERATI SVNT VERSVS DVO.


POSVIT.

Non sine causa a nobis prætermiffa forent hæc tria uetustatis monumenta:
apud Vangiones reperta: nisi Ioannes Dalburgius antiftes olim
omni memoria dignus: restauraffet: nisi etiam interitura
propediem quidam subodoraffent.

C. BABVRIVS.
FESTVS. POM. AP
RTEIO. TRIB. LEG.
VII. G. F. PRÆEF.
ALAE. SCVBV
LORVM.

I O V I.

IBIDEM.



I O M

L OCTAVIUS
CELER PRAEF
COH VII BRIV
ET COH I THRA



C. VIBIVS.

C. F. VOLT.

VIRILIO.

EQ. LEG. XV.

ANN. XLV.

STIP. XII.

H. S. E.

Sunt adhuc Moguntiaë non paulo plura fragmēta: quæ ex
industria negleximus: ne corrosa illa: detrita: et ue/
tustate consumpta lectori nauseam obiiciant. Tu
lector uale: & bene optes ei: antiquitates has qui
conlegit. Ex ædibus Ioannis Schoeffer
Moguntini. Anno Christi.
M. D. XX. mense
Martio.



MUSEVM
BRITAN
NICVM

UNIVERSITY OF LONDON
WARBURG INSTITUTE